

Briefe aus den Jahren 1047 — 1146.

Mitgetheilt von Jul. v. Pflugk-Harttung.

I.

Papst Clemens II. schreibt an Heinrich III, er liege im Sterben, sehe seinem Ende gefasst entgegen, der Kaiser möge für seine Begleiter sorgen und den ihm übermachten Ring zu seinem Andenken tragen¹⁾).

1047, Anfang October.

Clemens episcopus, servus servorum Dei, dilectissimo prius domino, inde filio, nunc vero nec filio iam nec domino H(einrico), invictissimo imperatori prepotentissimoque augusto, novissimam apostolice benedictionis salutem.

Karissime, karissime, signis non lingua tibi vivo et utinam multos annos victuro loquor mortuus, nunquam iam amplius lingua vel signis ulli locuturus. Ultimam tibi voluntatem indicavi, quem unice pre cunctis visibilibus amavi, in quo post Deum solo speravi. Tu fiducia mea superstes, tu anime meę longa provisio, tu omnis meorum consolatio, tu votorum meorum perfectorum certa quidem spes, nec dubitabilis, hac²⁾ per hoc mihi optabilis! In tali quoque mihi supervivens herede credo, me non obisse sed abiisse a mundo, non recessisse sed remansisse, nec tamen ex aliqua parte sed fere ex toto; alteram enim meam te animam quodam modo iudicavi, quod post mortem nec ipso corpori³⁾ privavi. Ecce corpus meum, o anima mea altera, ecce corpus meum. Recipe me nunc exanimatum, cui animato nuper dedisti papatum; invitissimus ad tantum culmen ascendi et, quia vere indignus fui, ideo forsitan tam cito rui, sed quolibet contingerit modo, ego tamen obedivi et obedientiam, licet sine fructu, finivi⁴⁾. Orent pro me fratres, qui me ad hoc invitabant, immo cogeant, oret etiam maiestas domini nostri Iesu Christi

1) Für nachträgliche Textvergleiche der beiden ersten Briefe und gütige Bemerkungen habe ich Herrn Dr. W. Meyer in München bestens Dank zu sagen. 2) hac = ac. 3) statt 'corpore te'. 4) Mit Anspielung auf Phil. 2, 8.